



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Instructorii Conscientiæ R. P. F. Lvdovici Lopez Ordinis Prædicatorvm ...

In qua reliquæ materiæ quæ ad Instructionem Conscientiæ pertinent ex
Orthodoxis Ecclesiæ iudiciis & scholasticorum Theologorum, tum
Iurisconsultorum resolutionibus scitu perutiles latè & copiosè disputantur

López, Luys

Lvgdvni, 1588

An in ludo alearum lucri facta restituenda sint. Cap. XXXIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41259

so, & separato est veluti consulere minus malum; parata quia perinde est ac si locator talis domus diceret. Postquam parata est fornicari, ne tuo malo exemplo honestas feminas ad malum prouoces: en tibi separatam domum, & locum permissum.

Q. 1. ¶ Iam scitu quoque est opus an huiusmodi susceptores lusorū aliquam exinde superinducant in se restitutionem. Huius rei gratia statuitur secunda conclusio, in duobus casibus susceptores lusorum perdita in ludo restituere tenentur principalibus non restituendis. Primo quando aliquis minor ætate sub paterna cura, vel tutore, vel curatore constitutus ibi domi receptus est ad ludendum, siquid ultra id quod ex licentia interpretatiua modicum ludere poterat, in ludo perdidit, licet id non restituente, susceptor, quia nihil traivit aleas, & mensam, restituendi id obligationem subit, sicut etiam in secundo casu in quo ibi receptus fraudulentus lusor per fraudē aliquid lucrificet ipso non restituente susceptor si sit conscius fraudis, restituendi obligationem subit secundum fratrem Iosephum. Hæc est Nauarri loco citato in cuius confirmationē suffragatur regula iuris scilicet qui causam damni dat (sicut reuera dedit iste susceptor) iure super hoc eum satisfacere oportet.

b l. qui occidit. §. m. hac. ff. ad legem Aquil. & l. nihil inter est ad leg. Cornel. de Siccis.

¶ Præterea illa quæstio: quæ potius est curiosa quam scitu necessaria, multum occurrit, scilicet an licitum sit ludere preces sacras, id est aue Marias, nam aliqui viri alioquin deuoti istum modum ludendi introduxerunt inter domicellas deuotas. Huius quæstionis meminuit Nauarrus, & videtur hunc modum ludendi approbare, sed profecto negari non potest, quin sic ludere sit miscere sacra prophænis, & quod nonnulla in hoc intersit effigies irreuerentiæ. Imo & simoniæ, si uellent se ciuilibiter obligare aue Marias ludentes ad eas dicendas, sed credo ciuilibiter se obligare non intendunt, quare nulla admiscetur vera simonia ibi.

Q. 2.

¶ An in ludo alearum lucri facta restituenda sint.

CAP. XXXIII.

Insuper ulterius in hac materia procedentibus obijciuntur nobis illa potissima difficultas an in ludo alearum lucrifac-

lucrifacta restituenda sint. Nam Palude tener affirmati-
uam. Syluest. autem negatiuam amplectitur. Igitur resolu-
tiua quæstionis statuitur conclusio, lucrās pecūniam, vel
exumabile pecunia in ludo alearum iure diuina aut natu-
rali ad aliquam horum restitutionem non astringitur. Pa-
ter, quia talis pecūnia acquisita ludo, inuito domino non
reinetur, quia postquā eam amittēs voluit lucrari, etiam,
ut æqua esset fors, se voluit exponere periculo perdendi,
& soluendi, nam in vtramque fortunæ aleam se exposuit,
ergo lucrans iuste retinet. ¶ Item quia leges prohibentes
alearum, & tesserarum ludos cum sint pœnales: neque
expresse translationem dominij lucri interdiciant, lucrās
cum acquisierit dominium, ad lucri restitutionem non
manebit ⁊ obnoxius.

¶ Secunda conclusio, qui in ludo alearum pecuniam
amiserit, intra octo dies iudicio exteriori eam repetere
potest & lucrans postquam in iudicio iustus fuerit eam
restituere per sententiam iudicis iam extunc in conscien-
tia tenebitur eam restituere. Hæc conclusio est Nauarri,
& Metinæ, Soti & omnium, contineturq; in recopilatio-
ne noua legum. l. 3. de ludis, vbi sancitur, quod si perdens
intra 8. dies eam pecuniam in foro exteriori non repe-
tuerit: possit quilibet alius illam pecuniam sibi repetere
in iudicio. Quod si nullus accusator circa hoc instet, tūc
iudex ex officio legis executioni insiltēdo eam pecuniam
applicet filco, sed post lapsum duorum mensium inquisi-
tio non procedit superi ludum.

¶ Præterea grauius iam se offert dubiū vrgentius pre-
sumens, an qui amissam in ludo à se pecuniam suo colluso-
ri iam persoluit, quia eum pudet, & quia dedecori putat
sibi tribuendum si eam in iudicio repetat, possit secreto
pro ea sibi recompensare, quæstio est de qua non tanto-
pere constat. Igitur pro illius apertione statuitur conclu-
sio: nō licet ei, qui perdidit pecuniam amplā, quia veretur
eam in iudicio repetere latenter à lucrante eam surripere.
Hæc conclusio est Soti: ⁊ est Nauar. & Metina: ⁊
est tamen hæc conclusio contra Adrianum. Clare
est tamen ex hac ratione potissimum. Quia licet prohi-
beat lex ludum, translationem tamen dominij lucriq; ac
quisitionem non impedit, ergo iam lucrans est dominus
pecuniae

a Nescio
qua lege
hæc opinio
tutetur, nū
que in lu-
do vltra
aureū per-
duntur re-

peti possunt
intra 50.
ann. l. vlt.
C. de relig.
& sumpt.
fuer. qua
ex re asti-
mare licet
quam in ho-
nestū cen-
seant leges
immodicū
iudi abu-

sum.
Qd. 1.]
b Sot. de
iust. et in
re. lib. 4. q.
1. art. 2.
c Mor. in
confess. in-
struēt. §.
27. de resti-
tut.

pecuniæ à se lucrifactæ sibiq; traditæ ac per consequens licet eam amittens, intra .8. dies in iudicio, ius habeat recuperandi, sed non habet ius eam clanculum à lucrante suscipiendi quia iam tunc non suum acciperet, sed alienum & hanc tenens Sotus ait se non esse vsque adeo certum nec opinionem Adriani oppositam esse adeo certam ut ipse existimat, sed frater Iosephus putat Adriani probabilem esse opinionem, sed tamen verius est secundum Sotum, Nauarrum & Metinam & Ybañes quod qui amiserit ludo pecuniã, eã iã à lucrante non possit clam surripere.

¶ Ad hæc quæritur maioris explicationis causa, quibus casibus lucrans ludo teneatur ad restitutionem rei acquisitæ per ludum? Respondetur breuiter & succincte communiter cum doctoribus, regula generalis hic obseruanda hæc venit, quod quando non est dominus pecunie, qui in ludo perdidit illam, alter qui huiusmodi pecunia lucratus est, teneatur eam in conscientia restituere domino illius pecuniæ proprio, vel eius ex lege administratori, si sit pecunia pupilli vel minoris.

¶ Hinc sequitur si quis à minore constituto sub tutorum vel sub curatore, vel à filio patrisfamilias existente sub potestate patris lucratus sit aliquid non in modica quantitate, sed notabili, teneatur id lucri restituere. Idem dicitur de viro religioso & de muliere coniugata, nisi forsitan ij omnes in parua quantitate lusissent pro qualitate status, & diuitiarum patris, & mariti arbitrio boni viri.

Q^o. 2. ¶ Deinde de seruo specialis ratio dubitandi emergit an si aliquid ludo acquisiuit, teneatur illud restituere. Respondetur ex mente Soti quod quia secundum Sotum serui bello capti maiori fauore sunt tractandi, ij si quid dono susceperint, vel hereditario iure, vel licito ludo lucrati fuerint, non tenentur in conscientia dominis suis exhibere, ideo ij tantum bello capti, si pecunia hereditario iure, vel dono acceptum exponentes ludo, potente perdere aliquid lucrati sunt, sicut id lucri domino secundum Sotum restituere non tenentur: Ita neque perdeti. Secus de alijs seruis, vel dominatis vel aliter quam iure bellij habitis.

Q^o. 3. ¶ Subinde de filijs familias non emancipatis, neque Castrense, aut quasi Castrense peculium habentibus dicitur quærendum.

quirendum est, an isti acquisita à se in ludo possint sibi retinere, aut suo patri acquirere. Et videtur certe quod à tali filiofamilias in ludo lucrifactum nec sibi licite, acquiratur, nec patri, quia si talis filiusfamilias non potest in ludo perdere: ergo neque in ludo lucrari, quia si posset lucrari & non perdere non esset æqua in utroque ludi conditio, quæ alias ex natura ludi æqua in utroque ludente debet esse.

¶ Propter hoc argumentum Sotus de iust. & iure loco citato, & Medina Salmanticensis tenent, quidquid lucrifactum fuerit in ludo à filio patrisfamilias, nisi donationis via, & non titulo ludi datum fuerit, fore restituendum perenti, sed tamen Nauarrus aduersatur dicens non placere sibi assertum Soti dicentis huiusmodi filium non posse à collusore plura lucrari quam collusor ab ipso.

e Nauarr.
in Summa
Lat. ca. 17.
num. 12.

¶ Igitur pro enodatione quæstionis, quæ perplexa est: statuamus more nostro conclusiones. Quarum prima conclusio sit quando minor, aut filiusfamilias ludit cum alio collusore ignorante esse minorem aut filium esse familias, tunc talis minor, aut filiusfamilias, siquid ab hoc ignorante lucratus fuerit in ludo, tenetur id tali collusori pendenti restituere, & multo magis si deceptit illum dicens se esse sui iuris. Hæc conclusio est Gabrielis, & Syluestri contra Castrum, cui accedit frater Iosephus in materia de resti. in suis floribus, & in hoc sensu puto esse veram sententiam Soti, & Medina contra Nauarrum. Patet quia non est æqua conditio ludi, & quia est interueniens error ex quo talis ludit sic quod secundum Nauarrum si perdit mille, soluet mille minori lucranti, & tamen si lucraretur ab illo mille non poterit ex tali lucro nisi quinque reportare, quæ tantum minor poterat ludere.

¶ Secunda conclusio minor, seu filiusfamilias, qui verbi gratia ex consensu interpretatio patris non potest quotannis nisi quatuor vel quinque aureos ex 100. sibi in studio versanti missi à patre pro alimentis annualibus, si illos quinque aureos quos licite ludo exponere potuit, simul & semel sic aleæ exposuit dicendo se exponere totum suum capitale, cum illis quinque aureis sic expositis aleæ, potest à confociis collusoribus singulis simul ludentibus lucrari, & alios quinque aureos sine obligatione re-

II. Pars. F. L. Lopez. Instr. Consc. n. stituen

stituendi. Hæc conclusio est Metinæ loco citato quam ego libenter accepto, quia vera est, quæ & liquet, quia lucrum iam interuenit æqualis conditio ludentium, quia tantumdem iste filius familias lucratus est, sicut licite & in ludo amittere potuit.

¶ Tertia conclusio probabilis est conclusio, & opinio & quæ potest secure in conscientia teneri quod minor seu filius familias ludens potest à collusore lucrari plus quàm collusor ab ipso, maxime quando nõ decepit ipsum. Hæc est Metinæ Salmanticensis. Hęc est Nauarri loco citato: est tamen cõtra Metinam Complutensem & Sorum ubi ait Nauarrus omnes communiter cõtrariam præsupponere contra Metinam, & Sorum quam probat tum etiam communi sententia aliorum. Tum quia non est textus neque ratio: quæ concludat pauperem aliquem honesto loco natum & etiam plebeium, & mendicum non posse amplius lucrari à diuite, quàm diues possit lucrari ab ipso.

*¶ casus qua
de reb. 12.*

q. 2. c. 9.

pupi. instit.

de inutil.

stip.

g. l. illud.

ff. de iniur.

h. arg. l. 2.

C. si minor.

Tum, quia probant contractum cum pupillo, aut ecclesiasticum factum valere in alterius præiudicium quamuis in eorum non valeat. Tum quia iniuriam pati potest quia eorum facere nequit. Tum quia amissa facultate faciendi, & perdendi, facultas lucrandi, non amittitur per d. l. illud quamuis opinio Soti inquit Nauarrus vera sit in eo quod falso dicendo se facultatem habere donandi, & perdendi alliciat alium ad lulum. ^h

¶ Sed licet cum ista limitatione ultimo posita quod si deceperit affirmando se esse sui iuris probabilis sit ista sententia & secuta, sed securior longe erit, si collusor ignorauerit esse minorem, quia secundum fratrem Iohannem Iohannem, quando non ignorauit collusor esse talem, videtur quod volenti, scienti & consentienti nulla facta fuerit iniuria. Ac demum probatur, quia cum duobus aureis, quorum verbi gratia minor licite potest perdere, potest vna manum, vel prima vice lucrari duos aureos alios, igitur etiam quatuor sibi suppetant aurei, quos videtur posse perdere, poterit cum eis, & alios quatuor lucrifacere & sic de singulis. Ergo poterit iste minor plus lucrari, quàm à principio potuit perdere secundum Nauarrum. ¶ Vterius quoniam de singulis sub aliena potestate constitutis, an lucrare possint indagare cepimus, nunc de femina con-

gata quaeritur, an si quis cum ea ludens ab ea aliquid fuerit lucratus teneatur id restituere marito. Iam ex praemissis haec clucescit quaestio, peccat enim mortaliter vxor inuito viro ludens in notabili quantitate de bonis etiam propriis: si tamen ius administrationis eorum pertinet ad virum, vt in Hispania pertinere videtur, quia si sine licentia viri, in notabili summa non valet eleemosynam erogare, ergo multo minus licebit ei in ludo summam notabilem prodigere. Imo etiam si modicum quid luserit, poterit talis lusus coniungi cum culpa mortali aliunde, scilicet ratione scandalum, si luserit cum personis suspectis in generantibus scandalum, incitantibusque ad malum.

¶ Secundo dicimus secluso scandalo aliisque malis circumstantiis coniugatis foeminis permittitur ludere in modica quantitate, iuxta statum, diuitiasque viri arbitrio boni viri taxanda. Imo si aliquorum bonorum suorum libera sit administratrix, amplioem summam poterit ludere. ¶ Tercio dicimus casu quo foemina coniugata licite potest ludere poterit collusor bona conscientia retinere eam summam ludo partam, quam coniugata foemina licite potuit exponere ludendam, alias non. At si ab ea aliquid ultra lucrifecerit, marito illius tenebitur restituere.

¶ Sed iam de religiosis incidit sermo: an aliquid possint ludere, & an lucrifaciens ab eis sic acquisitum ludo teneatur restituere. Cui quaestioni facientes satis dicimus primo. Religiosus dum versatur in studio de sibi suppeditata pecunia pro victu, & vestitu a praelato, non potest exponere ludo aliquid. Quia cum prohibitum sit clericis, & religiosis aleis ludere, neque talis lusus scandalo carere soleat: non videtur praelatus in talem lusum consentire. Neque enim ex inde religiosus animi relaxationem debet quaeritare ex aleis, praesertim pecuniam ludendo, sed aliunde: nisi vt ait Medina causa recreationis modi-
i Met. in-struct. con-
 cum quid ludat puta duos argenteos. Nam tunc hoc re-
fes. fol. 153.
 ligioso absenti a monasterio secluso scandalo non erit
pag. 2. §.
 illicitum: nisi sit ex fratribus minoribus. Vbi addit quod
 29.
 episcopus & religiosus, quia ratione personarum potest ludus fieri illicitus in eis peccarent mortaliter ratione scandalum: si in vsu haberent ludere, secus si

Q. 4.

¶ Secundo dicimus loquendo de religioso ludente quod religiosus extra conventum vacans ludo: si habet facultatem à prælato donandi certam pecuniã, aut rerum quantitatem, aut expendendi pecuniã in vsus sibi placentes, tunc quidquid sit de peccato, per ludum in aliam illã pecuniã transferte potuit. ¶ Etia inquit Alcocerius, intentio prælati tacita fuerit vt per ludum talis pecuniã summa non alienaretur. Ex quo inferit Metina: quod in hoc casu collusor, qui ab huiusmodi religioso ludo pecuniã acquirit, licite sibi retinet, eamque restitui non tenetur. Hęc sententia est probabilis quia in illius illi regulã iuris, qui nihil exceptit eum potuisset excipere totum concessisse videtur, sicut contingit in hac generali licentia expendendi illam pecuniã in quocunq; vltis placentes concessa à prælatis.

¶ Tertio dicimus quod opposita opinio est etiam probabilis, scilicet quod illius pecuniã in casu prædicto translatio per ludum non fuerit valida. Nam & hæc opinio fundatur in regula iuris illa, quod in generali concessione non veniunt illa, quæ in particulari explicita, non concederentur. Ex quibus est ista translatio pecuniã per ludum religiosi ludentis, & quia etiam contra voluntatem tacitam prælati religiosus dominium transferre ad alium non potest. Neque enim voluntas prælati fuit, vt per ludum alienaret. At prima opinio Alcoceri, & Metinæ, quam etiam non respuit frater Iosephus in consuetudine teneri potest. Nam postquam iam ex licentia prælati alienanda erat: & poterat alienari in alios placentes vsus iam conventus inde nihil detrimenti videtur capere: & propter rationem, quam addit frater Antonius Cordubensis ad primam opinionem dicens. Quod non expedit pecuniã quam religiosus in ludo amisit repetere prælatum si in occulto ludit, & non adeo immodicam summam amisit, quando ex tali repetitione, & scandalum quod uel exundat, & religioso alioquin bonæ estimationis, ab omni infamie venit inde inurenda.

¶ Sed quid si prælatus faciens copiam subito alienandi pecuniã, subito restringit licentiam ad vsus tantum licitos? Ad hoc dicimus quarto cum Metina in sua intentione

Hęc sententia est Alcoceri in sua summa de Ludo, vbi solum ab ea excipit fratres minores. Est etiam Metina in consuetudine. fol. 153. In generali concessione non veniunt illa licita. l. quod seruos. de acquir. possessio. l. si pater de huiusmodi frater Antonius Cordubensis si procurator. de condit. indeb.

stione loco citato quod tunc cum eo colludens, & eam pecuniam lucri faciens, ab ea restituenda non excusatur: quia si praelatus sciret in vsus illicitos talē pecuniam fore profundendam talem licentiam non impartiret, imo ideo eam ad vsus licitos restringit expresse.

¶ An inuoluntarie tractus ad ludum vi aut importunitate possit lucrari, & an lex Matrilia impediat dominium in pecuniis creditam.

C A P. XXXIII.

¶ Am de vi, & fraude commissā in ludo: quatenus principia possunt esse restitutionis venit à nobis agendum.

¶ Quare quæritur, an qui vi, vel timore, vel importunis precibus adactus est ad ludendum, aliquid possit perdere, quod alius lucrans licite possit sibi retinere. Et quidem quæstio hæc perplexa est satis, nam Victoria, & Alcocerus tenent talem sic etiam importunitate attractam nihil posse lucrari, quia cum æqua debeat esse conditio ludi, si attractus ex importunitate precum, vel ex pudore sibi injecto, si non ludat, quia inuitus accessit ad ludum: alius quicum sic attraxit, nihil ab eo potest lucri facere, ergo neque ipse sic attractus ab eo poterit aliquid lucrari.

¶ Igitur pro resolutione quæstionis statuitur prima conclusio, qui alium vi, vel fraude, vel importunis precibus alias non lufurum, neque paratum ludere attraxit, si quid lucratus sit ab hoc sic inuitē ad ludendum tracto: ei restituere tenetur, quia ut ait Metiſa in sua instructione non solum dicitur vi pertractus ad ludum: qui pugione sibi ad pectus applicito cogitur ludere, sed etiam qui per verba sibi dicta taliter instigatur ad ludum, quod suffunditur pudore, nisi ludat: quia eum prouocantes vilis conditioni, & aggressi, eiusque miseriam tribuunt, quod nolit ludere, hoc ei improperantes. Hæc conclusio patet, quia tunc ille sic attractus quidquid perdit, inuitus amittit.

*Hæc est
D. Thomæ
sententia
contra
Adrianū scribit
Sotus.*

¶ Secunda conclusio, securior opinio, est opinio Alcoceri, & Victoria, & Magistri Bañes quod timore vel rubore tractus ad ludum, quia miseriam & vilitati sibi tribui-